Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26592
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sine dolore sub tactu cursibile tardius
Apostema circa ventrem minus humorum colligit
quam quod in ypocondriis minime omnium quod
sub umbilico
Elegantius omnibus signum est sanguinis effusio
ex hiis que sunt in prenotatis locis
Omne apostema diuturnum in supradictis locis
in pus convertetur
Oportet te ergo esse attentum in hiis que com-
putruerunt secundum huiusmodi disciplinam quod enim
eminet omnino extra et intus minus est
Et per acutum laudabile quod non spaciosum ac minime
acutum pessimum horum autem que intus crepue-
runt si qua quidem exterius apparuerint pessimum
quorum vero inclusum signum extra est minus malum
Putredo autem ea laudatur que alba est equaliter
per totum neque superficie inequali neque mali
odoris que vero econtra pessima est

Particula 2a

Omnis ydrops in acuta febre malum in-
festatur enim febris gravedine et
dolore membrorum Consurgit autem ex
lumbis et ylius et ab exate aliquando
Consurgens autem ex lumbis et ylius significat
ex vedum inflacione et ventris diuturna
effusione non tamen cum defectu doloris
seu ventris tumore
Pessimum autem est non dormire aut enim magnitudinem
doloris significat aut alteracionem